Nondum.
(92)

Clariſſime Vir, Symmyſta ac frater in Chrō colende:
Memor beneficiorum, in filium collatorum, memorq;
gratæ illius amicitiæ, quam, bonis auſpicijs Daventriæ
coràm initam, æternam eſſe cupio, ſæpius cogitavi,
de gratitudinis, grataq; illius amicitiæ, teſtandæ
aliquali ſigno: quod quum non invenirem ſatis dignum,
malui ova quædam recentia, quæ à vobis amari ſcio,
præmittere, quàm planè ξούμβολον eſſe, donec
occaſione oblatâ dignius præſtarem. Oro autem
& obteſtor, unà cum uxore mea, ut indicium hoc
grati animi non deſpiciatis, ſed æqui boniq; con-
ſulatis. Uxorem, cum filiabus, ac filiolo, omnes
ex animo ſalutamus. Filius meus Samuel adhuc
Trajecti eſt, ubi nuper examen cum laude ſuſti-
nuit ad SS. Miniſterium, ut tantò liberiùs Aca-
demias perluſtraret: quos non neſcio fructus
eſſe veſtræ quoq; inſtitutionis. Deus ei ac nobis
omnibus affatim porrò ac clementer benedicat!
Vale [illegible], vir Cl. meiq; memoriam non
depone. Dabam Daventriæ, Aº 1655. 6. April.

R. C. Vræ

Studioſiſſimus

Henricus à Diest
[illegible]

Impoſitas velim per ancillam
D. Revio exhiberi.

Ick sende hier by
hondert versse eyeren
bidde dy selve yn dank
ontfangen te nemen
Dat [illegible] op [illegible]
[illegible] jc ook [illegible]

Rev. Clariſs. et Doctiſs. Viro,
D. Johanni Coccejo, SS. Th.
Doctori, et in Academia
Lugduno-Batava Profeſsori
celeberrimo, Dn̄o et Amico
ſuo honorando,

Leyden
Op Rapenburgh
Naest het Begijnhof.

Met een bekenden
vriend,
port.